eam in ignem. et igni conbussit idola. et capsam
quae ex ligno facta erat. et insuper deaurata.
Eodem die uenit helarianus et donatus ad beatum
satyrum epm aretine ciuitatis. et narrauerunt ei
omnia. et quomodo idola manu sua confregit. et
in ignem misit. et crudelitatem suam uoce clara
proclamabat. et quomodo uillam suam in potestate
ei dedit. et omnia idola sua exterminaret confrac
ta. Tunc beatus satyrus eps gaudio repletus est
in praesentia donati. et amplexum tenebat donatu.
et gaudio repletus plorabat dicens. Meruit iam de
crepita aetas paruitatis meae. ut non clauderentur
oculi mei ab aspectu tuo. In conspectu di patris et dni
nostri ihu xpi filii eius. iussit adduci ad se syntinna.
cui ita dixit. Filia crede dnm ihm xpm et inlumina
beris. quae respondens. credo. et dixit ad eam.
humiliare in cilicio et cinere. et humiliata inpo
suit ei manum. et catacizauit eam coram helariano
et donato. et cum deposuisset in fontem. benedixit
aquam. baptizans eam in nomine patris et filii et
sps sci. in remissionem peccatorum. et eleuata
de fonte mittens manus baptizauit et filium eius.
et tangens eos de chrisma. et aperti sunt oculi sy
ntinne. Tunc coeperunt clamare et dicere. uere ds
xps quem uidi lumen luminum. qui tetigit oculos
meos. et reuersa est in domum suam sana. Eodem
autem tempore aprinianus ex praefecto urbis.
audiens hoc quod dns per orationem scorum osten
dit. dixit. quia filius meus asterius. spiritu inmun
do uexatur. perrexit noctu ad aritium ciuitatem.
et duxit filium suum ad beatum donatum. quem in
uenit in domo epi satyri. et proiectus ad pedes eoru.
exposuit omnem fidem suam. Tunc beatus satyrus
eps et donatus et helarianus orauerunt ad dnm. et ar
reptus est puer [illegible] spiritu inmundo. Eadem hora
coepit clamare puer et exeo spiritus inmundus. In no
mine di et ihu filii eius. nolite mihi molestiae. ut ex
eam de domo mea. O donate. quare me cohartas ex
ire cum tormentis. et oriente proeo ad dnm. eade

hora obdormiuit puer. et saluus factus est ex illa
hora. et ab eodem die non dimisit donatum. beatus
satyrus eps. sed fecit eum omnibus diebus ordinem
gradus ecclesiae accedere. et consecrauit eum ad
diaconu suu. et post multos annos tempore neces
sario fecit. ut benedictionem susciperet presbyterii.
et habitabat cum beato satyro epo. post ipsos dies
erat quidam uir nomine eustasius correptor tuscie.
et exactor fisci. et dum ageret munia fiscalia super
uenit bellum. et exagitabat prouintiam. Uxor eius
nomine eufrosina. dum uidisset hostem prouenire
et commoueri. tulit pecuniam publicam. et abscon
dit eam. et tribulatione praeuenta mortua est.
Ueniens autem uir eius iam tempore ciuilis bellis
inuenit uxorem suam eufrosinam mortuam. et nec
pecuniam fisci. coepit tristis quaerere et non inue
nire. Conpellebatur a principibus. ut traderetur
ad supplicia cum filiis suis. quo casu fugerunt de
custodia. et uenerunt ad scm donatum prbm. mit
tens se ad pedes eius. et indicauit ei omnia quae gesta
sunt. Tunc beatus donatus indicauit omnia beato
satyro epo. Eadem hora satyrus eps cum donato
prbo. estuari coeperunt quid agerent. Dicit dona
tus prbr ad eustasium. Ostende mihi sepulturam
uxoris tue. et dum uenisset ad locum eustasius.
misit se donatus in faciem suam super locum sepul
chri. orans dnm omnipotentem. et uoce clara
dixit. Eufrosina per spm scm te adiuro. ut dicas no
bis quid fecisti. aut ubi posuisti pecuniam pro qua
uir tuus torquetur. et facta est uox de sepulchro
dicens. In ingressu domus meae. ibi eam suffodi.
Eadem hora accesserunt ad locum ubi dixerat. et
foderunt et inuenerunt pecuniam cum gaudio.
et liberatus est a calumnia eustasius. et coeperunt
omnes gaudere in oratione. et fiducia donati. Bea
tus autem satyrus eps. coepit dicere. Beatus es
quia per te ostendit dns dis mirabilia sua. Ex ea die
autem die coepit omnis clerus diligere beatu dona
tum prbm. Post paucos autem dies. factum est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0233